

in Hispania inter Clementem VII. Rom. Pont. Max. & Imp. cōuenit: hinc, a Cēsarianis, Margarita Austrias, Maximiliani Aug. Filia, (ea Carolo V. erat auia, proque nepote tūc Belgium obtinebat) inde vero, a Gallis Aloysia Allobrox Regia mater, (quę eadem Francię rebus præerat) cū splēdida pompa delecti comitatus, quō condictū erat, meditate venerunt. has enim uero deducebant, qui ambabus erant aut a consilijs, aut ab actis, aut a secretis: & alij proceres, quorū intercessione vtrunque optata pax facilior, æquabiliorque esset. quō postquam conuenissent ex præcipuis Italię ciuitatibus legati, puta, a Venetis, ab Insu- bribus, a Florētinis: & si qui essent Itolorū reliquorū, Gallicarū partiū studiosi, Rom. Pōt. præter Saluiatū, ( qui res Pōtificias antea illic procurabat) Capuanū itē antistitē eōdem misit. Britannicā vero legationē simul obibāt Lōdinēsis Pont. & Suffolchius Ducis titulo honoratus. Itaque per accēsos Heroïdum recōciliatricū coactō semel atque iterum Senatu, postquam de alternis cōtrouersijs ac consultationibus, diu multumque iurisperiti disputassent: Galli postremo, præ nimio quodā suarum rerū studio, relictis Italis Non. Sextil. ex. A. M. D. XXIX.

A 5

XXIX.

M. D.

XXIX.